



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Anguillae à S. Guilielmo Episcopo è lacu Lemano depulsae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

10f. cap. 6. Peccato Amalechitarum animalia eorum sunt iussa interfici. 1. Reg. cap. 15. Peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, primogenita, & jumenta eorum morte consumpta sunt. Exod. cap. 9. Et peccato Israelytarum Arca Domini Philistæis tradita fuit 1. Reg. cap. 4. & eodem cap. Ecclesia, ubi etiam Archidiaconus, num. 4. 1. quest. 4.

28 Pluribus tamen exemplis † probare conatur, Cassianus in dicto conf. 1. par. 5. à nu. 126. usq; in fin. virtute excommunicationis, anathematizationis, & maledictionis dictas locustas, mures, limacas, & hujusmodi animalia, à vineis, prædijisque fugari, adducens, præ cæteris, exemplum, anguillas scilicet à lacu Lemano Geneurensi hoc remedio recessisse: pro quibus adducit diversas formas processuum, & sententiarum de quibus loco proximè citato à diversis Vicarijs Episcopalis pluribus in locis in Regno Gallia fabricatis, quorum praxis non approbatur à Iul. Claro, qui de ea verba facit in pract. crim. lib. 5. §. fin. quest. 99. vers. non est etiam, neque à Majol. qui hujusmodi Dei iram ab hominibus vitæ sanctitate facile everti posse testatur in eod. lib. colloq. 5. §. nemini illo, & quod attinet ad anguillas, paruerunt mandatis, & præceptis factis à S. Guilielmo Episcopo Ausanensi, ut per Martin. del Rio. disquis. magis. lib. 3. par. 2. quest. 4. sect. 8. §. tertio, licet tom. 2. sed, ut dixi, ab actionibus sanctorum ad actiones hominum peccatorum, non licet arguere. Sancti enim per fidem vicerunt Regna Paul. ad Hebr. cap. 11.

29 Dictis processibus † contra dicta animalia formatis, sententiaque lata, præ-

supponitur primò, animalia hujusmodi manifestum esse divinæ ultionis indicium, Iude parochiani cujusque Parœciæ fideles docentur, & admonentur, ut de divina confidentes clementia, transgressores mandatorum Dei, & omnia eorum crimina, quibus omnipotentiam hætenus offenderunt, lacrymis abstergeant, vitiorumque incendia contritionis aquis extinguant, & ad sacramentalem confessionem, si opus fuerit, accedant culpæ omnium fœcempurgaturi, qui verò censuris fuerunt irretiti, miserandum eorum statum agnoscentes, ad piæ matris ecclesiæ gremium redire, rupti, amissique fœderis gratiam implorare, omnesque, & singuli, ante supremi parentis conspectum pias preces patronorum suorum patrocinium rogantes, indefessè debent effundere, ut per Cassian. conf. 1. par. 5. nu. 126. vers. pestes hujusmodi, & §. igitur Christi. Hac medicina tanta malorum rabies abigenda: hoc remedio infensa nobis omnipotentis ira mulcenda.

30 Quodque † in his casibus meliùs quisque sibi consulat, si supplicationibus, jejunijs, & orationibus tantum mali festinet avertere, quàm maledictionum superstitionibus in hære testatur per Proph. Dominus, & præsertim in Psalm. 49. Invoca in die, inquit, tribulationis: eruante, & honorificabis me: & in alio loco. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, Psalm. 50. & Psalm. 119. Ad Dominum cum tribulerer, clamavi, & exaudivit me, Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum libe-